



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici**

Quae Insolentia Peccatorvm Sev De Lvxv et Libidinibus Prodigi

**Bosquier, Philippe**

**Moguntiae ; Coloniae, 1614**

Apographvm Licentiæ Praelati.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55916)

APOGRAPHVM LICENTIAE  
PRAELATI.

FRATER IOANNES NEYEN  
Ord. Minorum Reg. Obs. Reuerendissimi  
Patris Generalis Ministri, super Belgicas Pro-  
uincias, nec non Coloniae, Argentinæ, atque  
Hyberniæ, cum plenitudine potestatis Com-  
missarius Generalis, Venerando admodum in  
Christo Patri F. Philippo Bosquero Prouinciæ  
nostræ Flandriæ Sacerdoti, Prædicatori, Con-  
fess. & sacræ Theologiæ Professori salutem in  
Domino.

Quandoquidem video passim magno do-  
ctorum adplausu recepta, quæ hætenus opera,  
seu Latinè, seu Gallicè edidisti, imò & ipsum  
Pontificem summum Paulum V. Oratorem  
tuum Terræ sanctæ gratum habuisse; idcirco  
venerande Pater, non solum tibi licetiam, per-  
gendi & noua cudendi, aut vetera recudendi  
facio, sed & paternè te hortor, imò, & ad meri-  
tum obedientiæ, præcipio, vt scribas atque e-  
das, quæcunque tibi expedire videbuntur, ad  
gloriam Dei Opt. Max. Ecclesiæque Christia-  
næ utilitatem, cari que mihi erunt, quicunque  
tibi hæc in re voluerint esse fautores. Vale, &  
ora pro me Datum Bruxellis, sub meo chiro-  
grapho, officijque mei sigillo, 23. Iunij 1607.

Frater IOANNES NEYEN  
Commiss. Generalis.